

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

Lesung aus dem Evangelium nach Lucas: item de eadem die

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

denuntiatione iusticiae. fu-
rentis succumbere gladio.
quam reticere ueritatem.
qua manifestare uenerat
auctorem.

ITEM DE EADEM DIE.
LECTI SCI EU SEU LUCAM.

In illo temp. **H**elisabeth
impletum est tempus parien-
di. et peperit filium. Et au-
dierunt uicini et cognati eius
quia magnificauit dñs mise-
ricordiam suam cum illa. &
congratulabantur ei; & reliq.

OMELIA LECTI
HUIUSDE UENERA-
BILIS BEDI
P BRI

PRAE
CURSOR

hic dñi sicut sacratissima
lectionis euangelicae pro-
dit historia. multa mira-

culorum sublimitate resulge-
Quia nimirum decebat ut ille
quo maior inter natos muli-
erum nemo surrexit. maiore
praeceteris scis. in ipso mox
ortu uirtutum iubare cla-
rescere. Senes ac diu infae-
cundi parentes. dono nobilis-
simae prolis exultant. ipsi
patri quem incredulitas
mutum reddiderat. ad
salutandum nouae praecone-
gratiae. os et lingua reserat.

Nec solum facultas dñi bene-
dicendi restituitur. sed de
eo & iam prophactandi uir-
tus augetur. Excitati fama
facti. omnes uicini ad mira-
tionem ac metu percelluntur.
Omnium qui audiēre circum-
quaq. ad aduentum noui pro-
phaetae corda praeparantur.
Unde merito scā per orbem
ecclesia. quae tot beatorum